

(elicet autem paruo negotio) fateberis fortasse nihil tale  
ne fando quidem ad aures tuas pervenisse. De meis et  
aliorum hic non paucis dudum sic pronunciamus.  
quicumque rei Musicae non plane rudescimus.  
Reginae Matris Galliae inter nobiles pueros educatus,  
nunc filia Magnae Britanniae Reginae addictus est.  
stipendio ter mille florenorum; sed ars proctio non  
estimatur. fac periculum, ipse quanti sit, et reveren-  
tiam sefellisse videas. Vale  
Tuis.  
C. H.

Rapsum. Haga Com: 5. die Anni 1640.  
quem felicem tibi precor.

Tuldeno.

(283).  
Quas mihi, Vir Amplissime securitatis tuae vias aperuisti  
nec probari potueres, neque ut nunc est, impetrari. ob  
causas, quas si hic recensere, amplius enarranda  
sunt, quam pro otio; quod per hanc anni tempestatem  
arctius succidi nobis, quam aliam ullam facile percipis.  
Obstitit densque Chiragrae Principis, quo minus  
hoc diploma expeditum fuerit, ea celeritate, quam  
et res tuae fortassis, et affectus in te meus postulat  
sent. Admittere excusationem ab ipsa virtute pe-  
ditam, et me ama, qui rapsum istud scribo, et quod  
Augustini verbum erat, in mediis accervis occupa-  
tionum mearum. Haga Com: 22. Aprilis 1640.

Amico utriusque communi, et utriusque ~~ting~~ Tuis.  
singulari, meo certe inter summe cultos, et C. H.  
colendos, D. Pateano salutem plurimam  
dici postulo. et velle me, omnia quae vult.  
Eugenia, dignissima tanto Parente filiae, quae  
nuper me inuisit, si non officia praestiti  
quae par erat, negotiis item meis imputabis,  
quorum nec finis fore nec modus est.  
De cetero persuasum habebit, nihil mihi gratius  
succurrere potuisse tam amabili, ramus tunc  
tantopere mihi honorati et cessi.

Beuverovicio.

Amplissime Vir

(284).  
Quia vix latum unguem decedere mihi liceat a  
latere Principis mei, continuis nutritis accipiendis  
aut



aut mittendis occupati, cogor me hoc fidei commisso, libere  
rare a laeva manu: meam tibi tamen constanti amicitia  
hac pesseram, traditurus, si quid hodie tibi interesserit,  
quo ab hac Praetoria abesse, et te convenire datur; Utrumque  
acciderit; tu vale, et proficiscentem bonis votis comitare

Tuum,

C. H.

In Anthoni ad Dordrechtum  
vii . Id. Maij. MDCCXL.

Banno.

Vir Amplissime ac doctissime

(286)

Quam vanâ suspitione dubitaveris imponere tibi Gallas destinasse  
 tandem comperis. serio nimirum hoc agit omnium literarum  
 artium atque artificum proxeneta Mersennius, ut collectis  
 cautionibus tuis et Gallorum, animi auditorum arguant  
 quae utraque majorem in se impetum faciant. Quid ex  
 theoria fundamentis ipse praestiteris, tuce nosti: ut Boësetius  
 eodem versiculos casu vel consuetudine expresserit, hic habes:  
 subjunctis aliis mere tristicibus ac luctuosis, ut, si libet alterum  
 hoc vestri periculum inter vos faciatis, nobilissimi Athletae.  
 Gallicum enim exemplar Manuscriptum, ne fucam rursus  
 extimescas, jam nunc in potestate meâ est, unâ cum  
 *μυροισμα*; cuius rei fatendum est mortales illos longe  
 peritissimos esse, naturâ simul atque habitu. Vellem  
 primus omnium artifex Varennius non te pepelisset. Expectus  
 esses, quam volubili ac suavi severitate gutturi imperent,  
 auribus omnium et exquisitissima doctorum attentioni, sati  
 faciant. Expectas tuâ de cautione quod senserim, ego vero  
 magis expecto, ut me doceas ad quam amissim, quibus ad  
 scientiam nativè factis vocabulis disserere me de omni manu  
 latione deceat. Compendium, inquam, quod promiseras, avidè  
 expecto, mox animi mei sensu congruis verbis ac sententiis  
 et bonâ ita fide expositurus. Superest, ut mirabili puella  
 Maria Schurmannae exemplar horum omnium meo nomine  
 et Mersenni transmittas instructus amanuensi musico ap-  
 prime sedulo, atque elegantissimo. Habet hoc reverendus Pater  
 et non nihil causas est, cur ad ipsam virginem scribere detractis  
 meâ manu. frustra id expectus aliquoties, postquam sibi  
 nescio quem de viduitate meâ serupulum injecit, ridiculum  
 hercules, et ineptum; quod meo suspicantem, cum non rescri-  
 beret, amici insuper cum risu monueres. Musica nonos  
 characteres nuper adeo à Mersennio mihi datos, ad eandem  
 virginem, si placet, perferendos curabis. mihi nondum tanti  
 fuere, ut describendos dederim. publici aliquando juris ista sub  
 currente praelo fient. Vale vir amice et memor vive

Tui  
C. H.

Si quid rescribis, domi meae, et soli cognatae  
 Catharinae Queriae commendari tuto poteris.

Boxhornio